



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

84. An in Collegiatis, & Cathedralibus Ecclesiis possit aliquando sine peccato mortali Missa solemnis relinqui? Et an in dictis Ecclesiis sint duæ Missæ cantandæ eadem die, quando in Feriis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)



Sup. his pro loco lege §. vlt. Refol. 3. not. præterita, & in to. 3. tract. 3. ex Refol. 90. §. pro die, & tẽpore lege §. 2. post medium, vers. Nota etiam, & vide alios vers. eius adnot. & in Ref. 1. huius not. lege §. Sed queritur, &c.

Pontificis, in quibus conceduntur supradicta Beati-  
ficatis cum clausulis restrictiuis diei, loci & temporis; vnde Eminentiss. Dominus meus Cardinalis ab  
Auria, & Illustriss. Senatus huius vrbis Panormi, ex  
speciali priuilegio & decreto Sacre Congregationis  
die 2. Augusti 1625. obtinuerunt, vt Missa & Offi-  
cium concessa Clericis Regularibus pro nostro B. An-  
drea Auellono dicerentur à Clericis sæcularibus, &  
Regularibus in aliis Ecclesiis dictæ ciuitatis. Et ideo  
ex his opinio Castri Palai, quam contra me sequitur  
Megalius, à Reuerendiss. Magistro sacri Palatii Ro-  
mæ admissa non fuit, & liber ille ibi anno præterito  
venalis non erat, licet, vt verum fatear, eius auctor  
alius sit vir doctissimus. Inuigilent igitur Ordinarij,  
ne in eorum diocesis opinio supradictorum Au-  
ctorum deducatur in praxim, & contrauentiones me  
confulente, sine debita animaduersione minime de-  
relinquant.

## RESOL. LXXXIII.

An in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, quando  
casus occurrit, debeant cantari due Missæ, vna de  
Festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam; & an  
Ecclesia Regularium dicantur Collegiata?  
Et an in Ecclesiis Regularium due Missæ sint cantandæ  
in prædicto occurrenti casu?  
Et cursum aduertitur, quod Prælati Ecclesiarum Ca-  
thedralium, Collegiarum, & Conuentualium obli-  
gatio incumbit, vt in talibus Ecclesiis quotidie sal-  
tem vnam Missam celebrari curent. Ex p. 2. tr. 14.  
Refol. 76.

Sup. hoc in §. Sed quid. Ref. seq.

§. 1. **H**ic casus frequenter solet accidere, nec ita  
facile eius solutio apud Doctores inueni-  
tur. Gauantus in comment. ad rubric. Missalis, tom. 1.  
part. 3. tit. 10. n. 8. affirmatiuam sententiam docet, &  
n. 11. asserit, ita declarasse sacram Rituum Congrega-  
tionem in his verbis: [Tanquam de re grauissima sta-  
tuit sacra Congregatio, Missam de feria priuilegiata  
in Cathedralibus & Collegiatis nullatenus omitten-  
dam esse, sed omnino astantibus Canonicis, & assi-  
gnata distributionum portione cantandam esse, aut  
cum Diacono & Subdiacono; aut, si eorum copia  
non suppetit, absq; eis, & post Nonam, non obstante  
quacumque consuetudine contraria, quam sacra ead-  
em Congregatio fultulit, & in posterum admitti veni-  
t, & addit penas contentas in Bulla Pij V. quæ  
præceptum continet.] Ita Gauantus. Non reticebo  
tamen contrariam sententiam docere nostrum P. An-  
drea Castaldum in sua praxi cærem, lib. 2. sect. 6. c. 3.  
n. 20. Sed dicit aliquis, an si opinio Gauanti esset vera,  
& de dicta declaratione Cardinalium constaret  
authenticè: an, inquam, in Ecclesiis Regularium due  
Missæ essent cantandæ? Respondeo negatiuè. Nam  
declaratio supradicta loquitur Collegiatis seculari-  
bus: & contra Portel. in dub. Regul. ver. Missa n. 7. &  
alios, Ecclesiæ Regularium non dicuntur Collegia-  
tæ, vt probat Rodrig. qq. Regul. tom. 1. q. 43. art. 12. &  
in terminis nostri casus Villalobos in sum. tom. 1. tr. 8.  
diff. 19. n. 4. vbi sic ait. [En las ferias de Quatro tem-  
poras, Vigilias, y Rogaciones, siendo dobles; & se-  
midobles en las Iglesias Cathedrales, y Collegiales  
se dicen dos Missas, vna de la fiesta à la Prima, y  
otra de feria despues de Nona, conforme à las Ru-  
bricas del Missal Romano. Los Religiosos no estan  
obligados à dezirlas, que sus Iglesias non son Colle-  
giales.] Ita ille. Notandum est etiam cum Layman  
in Theol. moral. lib. 6. tract. 5. cap. 3. n. 5. Filiucio tom. 1.  
tract. 5. cap. 4. n. 104. & alijs penes ipsos, quod Præla-

Sup. hoc no-  
tato pro par-  
te Ecclesiarum  
Cathedra-

tis Ecclesiarum Cathedralium, Collegiarum &  
Conuentualium obligatio incumbit, vt in talibus  
Ecclesiis, quotidie saltem vnam Missam celebrari cu-  
rent. Sed Victoria in sum. num. 94. absolute negat  
mortaliter peccari, si aliquo die Missa in his Ecclesiis  
intermittatur.

## RESOL. LXXXIV.

An in Collegiatis, & Cathedralibus Ecclesiis possit  
aliquando sine peccato mortali Missa solennis ve-  
linqui?

Et an in dictis Ecclesiis sint due Missæ cantandæ ead-  
em die, quando in Ferijs quadragesimalibus &  
alijs Ferijs occurrit Fesum duplex, vel semiduplex  
alicuius Sancti?

Et an hoc non procedat in Ecclesiis Regularium, nam  
in ipsis non debent cantari due Missæ, quando oc-  
currit similis casus, sicut in Ecclesiis Collegiatis?  
Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 40.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Tamburinus, Opus  
de Sacrific. Missæ, lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 1. &  
segg. vbi sic ait: quamuis aliqui in Rectoribus ead-  
em die, modo Ecclesiarum, mortale peccatum agnoscant, &  
aliquo die in hoc deficiant, tamen probabile est  
( præcindendo ab aliqua particulari talis Ecclesie  
obligatione) Missam siue priuatam, siue solemnem  
semel vel bis omittere in hebdomada, non esse libere  
mortale. Ratio est, quia nullus est obligandus sub  
culpa lethali, nisi manifestè constet de præcepto  
obligante; at non apparet tale præceptum, nec quod  
tantum onus susceptum fuerit à Collegiatis, et ipso  
quod Collegiata sint. Dices cum aduersariis; om-  
tere talem Missam, fore primò scandalum: Secundò,  
contrà consuetudinem Ecclesiarum: Tertio, contra  
cap. Cum creatura, de celebrat. Missarum. Respondeo  
ad Primum, non fore ad summum, nisi meram po-  
puli admirationem. Ad Secundum, hanc non esse  
consuetudinem acceptatam sub mortali, quia de hac  
non constat. Ad Tertium, nego colligi præceptum  
grauè ex dicto capitulo; quod hic extirpatum, iam  
profero. Cum creatura non habeat quod pro merito  
respondeat Creatori, &c. & infra: mandamus, quæ-  
nus nullum in vos torporem negligentia irrepere per-  
mittatis, quo minus, & pro Anniversarijs Deijctio-  
rum, & pro Festo, vel Feria, secundum temporum con-  
gruentiam Missarum solemnium conuentualiter celebra-  
tis. Hæc Canon. Vbi nota primò illud, Mandamus,  
quod ex aliquibus bonis Doctores non notat præ-  
ceptum sub mortali. Nota secundò illud, secundum  
temporum congruentiam, & illud, Torporem, quæ  
lum notant moueri Prælatum, vt sine tempore, nec  
porum officia, & Missæ, iuxta Rubricas, non om-  
tantur: non igitur nouum præceptum asserunt, hoc  
vsque Tamburinus.

2. Sed huic opinioni non possum adherere  
cum aduersetur communi sententiæ Theologorum,  
& Canonistarum: Vnde Hieronymus Gualterus  
in Theolog. moral. tractat. 3. difficult. 2. dub. 3.  
num. 1. sic asserit: [Conuenient en primer lugar  
Theologos, y Canonistas fundados en el decreto  
cap. Cum creatura, de celebr. Miss. y en las Ru-  
bricas del Missal, que los Prelados ó agnien to-  
care el gouerno de las Iglesias Cathedrales, y Co-  
legiales, estan obligados debaxo de culpa graue à  
mandar celebrar cada dia Missa cantado, & solen-  
ne, auiendo suficiente numero de Sacerdotes, y Mi-  
nistros para ello: podria empero escusar alguna causa  
sã grauissima, como quemarle la Iglesia, pestilencia  
grande]



grande, citat la Ciudad el enemigo, y otras semejantes. Contra esto de los textos citados, y de la praxis, y costumbre vniuersal, è immemorial, de todas las Iglesias, tan asentada ya, que dexarlo de hazer causaria grande escandalo en el pueblo, el qual paga por este fin las decimas à los Ministros de la Iglesia, y les dexan otros muchos bienes temporales. Ita ille cui adde, me citato Leandrum de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 5. q. 8.

3. Sed quid dicendum de obligatione celebrandi Missam de Feria priuilegiata? Tamburinus, ubi supra n. 6. putat, si omittatur, non peccari mortaliter; quia non manifestè constat de tam riguroso præcepto: At timenda est primò dicta declaratio Sacræ Congregationis: Secundò Rubrica Missalis id disponens. Respondeo ad primum. De tali declaratione non constare authenticè: Ad secundum, quod Rubrica has duas Missas, nempe currentis Festi, & Feriæ priuilegiatæ, iniungens præceptum (vt alia interim taceam) non denotat: ait enim, *Cantantur, seu dicuntur dua Missæ; Quæ non sunt verba imperatiua.* Immodò, etiamsi diceret, *Cantentur*, non statim probaretur præceptum sub mortali; nam verba imperatiua non semper præceptum graue important. Ita ille.

4. Verùm talem doctrinam, me citato meritò refellit Garzias n. 3. cuius verba hæc sunt: [La mayor dificultad està, si en las Ferias priuilegiadas, quales son las de Quaresma, Vigiliis, Quatro Temporas, y Rogaciones, quando concurren con Santo, doble, è semidoble; si ay obligacion sub culpa graui de dezir dos Missas, como dispone el Missal, vna de Santo post Tertiam, y otra de la Feria post Nonam. Algunos Autores dicen, que no obliga sub culpa graui. Lo primero, porque la Rubrica del Missal solo dize, *Dicuntur, vel cantantur dua Missæ;* luego basta dezir la vna cantada, y la otra rezada; y pues pone la distincion *vel.* Lo segundo, porque estas palabras non son preceptiuas, sino monitorias. Pero lo contrario defendien con razon Gaunto, Marchino; ni dissiñente Diana. Lo primero, porque aquella Rubrica que dize, *post Tertiam vna, & altera post Nonam dicuntur*: es de cosa grauissima, y obliga debaxo de culpa mortal, pues dà à entender, que cantar dos Missas, non solo es Ritu, è ceremonia, sine expresso mandado de la Rubrica, laqual quieren Pio V. y Clemente VIII. Urbano VIII. que se obserue, pues en sus Bulas se manda con precepto de obediencia, que se obseruen las reglas del Missal, y es esta vna de las principales; de suerte que assi como se canta cada dia Tertia, y Nona, asistiendo, y hallandose presentes los Canonigos; y feria su omission graue, assi tambien no basta que la Missa ferial sea rezada, sino que se cante como se cantan las Horas. Lo segundo, porque no ay mas razon que sea cantada la vna, que la otra, y pues la Rubrica obliga à cantar Missa, y pone ambas: luego à las dos deue comprender. Lo vltimo, porque la Congregacion de Ritos à 16. de Mayo de 1626. mandò debaxo de las penas que Pio V. pone en sus Bulas del Breuiario, y Missal, que en las Cathedralas, y Colegiales despues de Nona se diga la Missa de la feria priuilegiada, y que asistan à ella los Canonigos, y que se les assigne por ellos distribuciones, con lo qual dà à entender que corre obligacion de dezir se.] Et ita hanc sententiam tener etiam nouissimè Leandrus ubi supra q. 9. Igitur si aduersus superius dicta contrarium in aliquibus Ecclesiis Collegiatis efficeretur, statim Episcopi fenerè puniant Canonicos, & Superiores hoc permitentes.

5. Nota tamen, quod optimè Leandrus q. 10. me citato obseruat, superiorem sententiam non procedere in Ecclesiis Regularium; nam in ipsis non debent

cantari dua Missæ, quando occurrit casus sicuti in Ecclesiis Collegiatis. Et ita etiam, me citato tener Bordonus in *Consil. Regul. tom. 1. resol. 26. n. 25.* & me citato Garzias, ubi supra n. 8. Vide etiam Pellizarium tom. 1. tract. 5. cap. 9. sect. 2. n. 33. Lezanam in *Summa, tom. 4. verb. Missæ, n. 49.* & Nigrum in *Addition. ad Ceremonial. Ruyz præsup. 2. q. 9.*

dicer aliquis, & in resol. seq.

RESOL. LXXXV.

An Regulares duas Missas celebrare teneantur, occurrente Festo cum feria in Quadragesima, aut alias priuilegiata? Ex part. 6. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 11.

§. 1. Negatiuam sententiam ego docui in *tract. de celebrat. Missar. resol. 76.* Sed nominatim contra me affirmatiuam sententiam mordicus tuctur eruditus Zypæus in *consultationibus Canonis, lib. 3. de celebr. Missæ, consult. 2. per tot.* sed ego non discedo à sententia negatiua probabili, quam docui, & nouissimè, me citato illam sequitur etiam Franciscus Bordonus in *Consilia Regular. resol. 25. n. 25.*

Que hic est supr. Ref. 83. ad medium, à vers. Sed dicit. & in §. vlt. Refol. præterita.

2. Notandum est etiam hic obiter, Merollam tom. 3. disp. 6. cap. 8. dub. 22. n. 126. nominatim contra me docere, priuilegium faciendi celebrare Missam in aliquo Oratorio priuato non posse extendi de loco ad locum, & contrarium asserere putat improbabile; Sed iste Author bona eius venia, aliquando nimis audacter se gerit in censurandis aliorum opinionibus, & idè iterum affirmatiuam sententiam probabilem puto, quam præter Nouarium, & Megalam à me adductos in *p. 4. tr. 4. resol. 208.* etiam nouissimè tenet, me citato Leo Zambellus in *Repertorio Morali, verb. Missæ, n. 46.* ubi sic ait: Missa potest celebrari in Oratorio nobilis ex priuilegio e. g. Bononiensis, qui ad Ferrariam perrexit vt ibi inhabitet, non obstante quod habuerit dictum priuilegium, pro suo Oratorio Bononiæ; est enim priuilegium istud personale, & non locale. Ita ille.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Refol. 33. & 34.

Que nunc inuenitur in tom. 4. tr. 2. Ref. 33.

RESOL. LXXXVI.

An relinquere Missam solemnem in nostris Ecclesiis diebus festiuis sit peccatum mortale?

Vbi multa discutiuntur de vi consuetudinis.

Et deducitur, quod non omnis consuetudo obligat ad culpam mortalem, sed illa qua inducta est cum tali intentione per modum obligationis, & præcepti.

Et quod quando est dubium, an consuetudo fuerit inducta cum intentione obligandi, non obligat. Ex p. 3. tract. 2. Ref. 8.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Peregrinus in *comm. ad nostras consil. part. 1. c. 1. litt. E.* ubi sic ait: In Ecclesiis nostris, in quibus solet, & potest solemniter Missa cani, si id omitteretur ex aliqua iusta causa, non peccaret Superior, neque alij. Si verò ex negligentia, Superior, vel qui causa principalis esset huius omissionis, mortaliter peccaret, non solum ratione scandali, si scandalum oriretur apud sæculares, sed etiam secluso scandalo; quia cum ista consuetudo sit conformis canonibus, & consuetudini generali Ecclesiæ, eius transgressio ex negligentia est peccatum mortale, cum sit materia grauis. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 83. cursum in fine, & infra in Ref. 144. §. Verum.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, quia non omnis consuetudo obligat ad culpam mortalem, sed illa, quæ inducta est cum tali intentione per modum obligationis, & præcepti, vt notat Suarez de *leg. lib. 7.*

Sup. hoc in tom. 6. tr. 2. lege doctri. lib. 7.